

exinde profugus et exul et nullo loco tutus
 diverdens in Italiam et in abscondito ¹⁾privatus ibi
degens ad ultimum Henrico VIII. dicti Alberti regis
 successoris per exploratores delatus in civitate Gyana
 1315 dec. 13. tussu dicti Henrici captus fuit et squalore carceris
 interemptus. Insuper universi eiusdem Johannis
 ducis complices et de ipsius fautoria suspecti per
filios dicti Alberti regis interferti peralibus fuerunt
 afflictionibus alii interempti, alii exterminati a
 finibus suis et expulsi. || In huius quidem regis
 Alberti tempore inclitus Otto dux Bavarie ¹⁾ viri magni
 consilii atque potencie per principes et optimates
 regni Ungarie, quod tunc rege vacabat, vocatus in
 regem fuit electus. Cum idem dux pro accipiendo
 sibi regno Ungariam cum exercitu potenter fuisset
 ingressus, non multo post tempore ad provoca-
 tionem prefati Alberti regis Romanorum, in
 quem quidem dux Bavarie nunquam consenserat,
 sed semper eidem contrarium se gerebat, per frau-
 dem aliquorum maiorum dicti regni Ungarie ut
 tantum dimitteret exercitum persuasus, cum qua-
 dam die per unum de principibus ad castrum eius-
 dem epulaturus ad convivium fuisset vocatus, di-
 missis iam a se suis defensus fuit in eodem ca-
 stro et inde ad diversa extranea et incognita loca

¹⁾ abscondito ^{cod.}

¹⁾ Otto III. dux Bavariae inferioris, qui obiit a. 1312.